

SCRIPTA

Numéro Scripta : 760

Auteur(s) : Raoul Croustin, d'Eu [particulier]

Auteur(s) : Isabelle Roussel, femme de Raoul Croustin [particulier]

Auteur(s) : Robert Croustin, du Mesnil-Soret [particulier]

Auteur(s) : Aeliz Roussel, femme de Robert Croustin [particulier]

Bénéficiaire(s) : Le Tréport, Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1259, 11 décembre

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de Raoul et Robert Croustin sur le même sujet (SCRIPTA 759)

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° CCIII, p. 228-229.

Texte établi d'après a

[Notum s]it omnibus, presentibus et futuris, quod nos Radulphus Croustin et Ysabella Rousel, uxor mea, de Augo, Robertus [Crous]tin et Aelidis Rousel, uxor mea, de Mesnillo Soret, quitavimus, concessimus, et presenti carta confirmavimus, viris re[ligios]is abbati et conventui de Ulteriori Portu, pro quindecim libris turonensium nobis pre manibus solutis, omnem venditionem et omne [.....] donum, quod Rogerus le Messier et Aelidis le Camberesse, quondam uxor sua, de Kesneto, fecerunt dictis abbati [et con]ventui, dum vivebant, videlicet unam piechiam terre sitam in territorio de Kesneto inter terram Alani de [Mesni]llo, ex uno latere et, ex alio latere, jacet ad terminos curtillorum Willelmi Malchion, Milonis Wigot, Willelmi Hubert, [Wi]llelmi, dicti l'Apostre, unam masuram sitam inter vicum de Kesneto, ex una parte, et ortum Johannis le Tense, ex [altera, et] unum campum, qui campus vocatur campus de le Rue, unum campum qui vocatur le Grant Camp et unum campum qui [voca]tur le Petit Camp ; tenenda et habenda omnia predicta dictis abbati et conventui, et successoribus eorum, libere, quiete et paci[fice], in puram et perpetuam elemosinam, absque contradictione vel reclamacione de nobis et heredibus nostris de cetero facienda ; [et] licebit a[m]odo dictis abbati et conventui, et successoribus eorum, de omnibus predictis suam propriam facere volun[tate]m, sicut de sua propria elemosina. Et sciendum est quod nos Radulphus Croustin et Ysabella, uxor mea, Robertus Croustin et Aelidis, [ux]or mea, nec heredes nostri, in omnibus rebus predictis amodo nichil reclamabimus nec poterimus reclamare, nec in curia [eccles]iastica, nec in curia seculari, nec per nos, nec per alium, molestabimus nec faciemus molestare ; sed tenemur, nos et heredes nostri, [dicti]s abbati et conventui, et successoribus eorum, garantizare omnia predicta vel excambiare, valore ad valorem, per obli[gation]em omnium bonorum nostrorum mobilium et immobilium, ubicumque sint vel fuerint, et, tactis sacrosanctis evangeliis, [jura]vimus nos predicta omnia fideliter observaturos. In cujus rei testimonium, presenti carte sigilla nostra duximus [appone]nda. Actum

anno Domini M°. CC°. L°. nono, die jovis infra octabas beati Andree apostoli. Testibus [hii]s : domino Roberto de Betencort, militis, magistro Thoma Rastel, tunc ballivo de Augo, Laurencio Leu[.....]t, magistro Egidio Froide, Galtero Troquelin, Nicholao Vavasore de Velli et pluribus aliis.